



**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

23. Quomodo dicatur Christis post 62. hebdomadas occidendus, &
sacrificium in dimidio hebdomadis desiturum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

Et v. 63. *Ut ascenderent, & edificarent Ierusalem, & templum.* Est Ierusalem Sanctij, Petri, &c.

*Occurrit
our tacita
abiectioni.*

6. Nec obstat, quod in Cyri & Darij diplomatis solius templi fiat mentio: templum enim magnificentissimum erat futurum, & unica Basilica: ideo non decebat, ut in medijs Vrbis combuere videtur inter mapalia rustica, quasi in pago cuius pernio constitueretur. Denique restituenda facultate, admodum ieiuna erat templi de novo constructio. Templum religionis causa, erat principale: Vrbis ædes & membra tam de templo licentiam, tanquam necessario accessoria sequerentur. cent Sanctius, Suarius, Petrius &c. Vir nobilis non magni faceret licentiam, si famulitij decentis comitatus ei denegetur.

QVÆSTIO XXIII.

*Quomodo dicatur Christus post 62. hebdomadas
cidendus, & sacrificium in dimidio hebdomada
dis desitutum.*

*Post 69.
hebdomada
da Christi
stus est ba
pizatum.*

1. **C**VM Daniel cap. 9. v. 25. dixisset: ab exitu sermonis, ut iterum edificaretur Ierusalem, usque ad Christum Duce[m], hebdomades septem, & hebdomada una erunt, &c. subiecit v. 26. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: notandum 1. hic numerari 7. & 62. hoc est, 69. hebdomadas, viginti annis, non infantem, sed Ducem, & Legislatorem, id est, usque ad ultimum tempus: quando, inquit Theodoretus, ad Iordanem apparuit, quatuordecim annis, docere, & miracula facere, Saluator & Dominus noster cepit. Idem tenet Hieronymus in 2. Annalium. Quam interpretationem sequuntur, plerique recentiorum interpretes, ne dicam omnes, ut Perer. li. 10. in Dan. q. 17. Dionysius Laertius laudat & sequitur Sanctus in hoc cap. nu. 119. Iansen. c. 122. Concordia Prol. 43. Cornel. Mariana, Sa, Menoch. in huius vaticinij explanatione.

*Hic una
hebdomada
continet 7
annos.*

2. Notandum 2. hanc supputationem non esse singulorum annorum, sed hebdomadarum, ut sit sensus: ab exitu sermonis usque ad Christum sunt 69. hebdomadas, non plures, nec pauciores hebdomades. Et si septuaginta hebdomadae constant annis 483. non est tamen hoc oraculum ita rigide accipiendum, ut anno 484. siue anno 1. hebdomada septuagesima, Christus se debuerit fati: sed, ad oraculi veritatem, quod currite septuagesima hebdomada Christus Dux ad Iordanem comparuerit, parte æterni attestante: *Ecce filius dilectus*, Matt. 3. Quemadmodum si quid post tres dies euenturum dicitur, est opus, ut prima hora, quarta die contingat: sed sufficit, si quarta die exacta representetur, nisi forte, aliquid ex alio capite ad idem tempus

P.
H. Philipps

Chronologia
vet. Testam

A IV
17

3. Pariratione, cū post 69. annor. septenaria Christus dicitur occidēdus, nō sic intelligendū est, quasi annus 484. morti Messīæ designetur. Sicuti si dixeris post tres dies, qui continent 72. horas, te aliquo venturum; vt stes dictis non est necesse, vt hora 73. venias: ita licet Christus nō sit occisus anno huius interualli 484. sed aliquo è sequētibus, cōstabit nihilominus prædictioni sua Veritas, modo ante Christi mortem tota septuagesima hebdomada nō effluerit, nec dici possit Christus post 70. hebdomadas occisus. Vnde præclare Petauius lib. 12. c. 32. Ita existimandū est, ait, nō sic interuallū illud hebdomadam 70. oportere sumi, vt totæ integræ, ante illud, cuius gratia præsinīta sunt, mysteriū decurrerit; sed satis esse, vt in hebdomade postrema, eaq; labente necdū finita, peractū fuerit. Vnde non post hebdomadas 7. & 60. tres, id est, absolutis 70. Christum occisum iri, prædicat Angelus, quod vtiq; dicendum erat, si ad Christi necem 70. hebdomades completæ numerarentur. Verum post septem & sexaginta duas, quæ sunt 69. nempe in 70. eundem dixit occidendū. Et Pererius in huius vesiculi commentario asserit verba Angeli hanc habere sententiam: *post septem & sexaginta duas hebdomadas ab edificatione Ierusalem numeratas. fore vt Messias occidetur.* Et quia Gabriel supra non nisi 70. hebdomadas constituerat, ex eo concluditur Messia mortem in 70. & vltima hebdomade futuram. In eandem interpretationem conspirat Salius ad an. m. 3516. nu 91. vbi tradit verborum Angeli hunc esse sententia: *postquam elapsa fuerint septem illa & 62. hebdomades, siue 69. occidetur Christus intra proximè sequentem hebdomadam septuagesimam.*

4. Hinc manifesti erroris redarguuntur Græca illa exemplaria, quæ hic obtrudunt 74. hebdomadas: siquidem non solum Latini, & Hebræi codices non nisi 62. exhibent. Sed & translatio 70. Sixti V. & Græca editio Francofurtensis eundem numerum 62. retinent, & sic iam olim in Græcis legerunt Tertullian. Theodoret. Euseb. vt annotant Pererius & Nobilius. Addit ille, erratū præterea in Chronolog. S. Chrys. orat. 2. contra Iudæos, dum pro 62. hebdomadis numerat 70. Dicit quidē posset Christus post 70. hebdomadas ab Angelo cōsignatas occisus, eo sensu, quo circūcisus dicitur, postquā à natiuitate ipsius, cōsummati sunt dies octo. Lucæ 2. v. 21. sed non ausim dicere S. Chrysost. eo sensu locutum.

5. Ver. 20. *An dimidia hebdomadis deficiet hostia & sacrificiū.* Theodoretus orat. 9. in Dan. sub finem clarè docet, hæc intelligi de 70. siue postrema hebdomade, qua Christus testamentum, pactum ve confirmauit, partim per se ante crucem, partim deinde per Apostolos: cum enim annos, inquit, circiter tres cum dimidio prædicasset Dominus, sanctosq; suos discipulos doctrina & miraculis cōfirmasset, tunc passus est, ac post crucem & mortem, & resurrectionem, & ad caelos ascensum & sanctissimi Spiritus aduentum, reliquum hebdomadis tempus Ierosolymis prædicantes &c. Et loquens de vltima hebdomada ait: in

Id post 69. hebdomas fore dicitur quod sit sequēte annorum hebdomade.

Cane ne pro 62. legas 74. aut 70.

Hebdomade 70. negatum finitū defectus hostia

P.
H. Philipp

Chronolog
vet. Testam

A IV
17

20 medio huius hebdomadis auferetur sacrificium & libamē, hoc est
21 secundum legem deficiet, oblatio immaculati Agni, qui tollit peccata
22 vero sacrificio. Et paulo inferius: Diuus Archangelus B. Daniel
23 inquit testamentum hebdomada vna, tempore ante crucem Domini
24 sancti Apostoli post Saluatoris resurrectionem Ierosolymis docuerunt
25 collectorum bitariam diuidit hebdomadam, & ait: in dimidio
26 auferetur sacrificium & libamen: oblatio enim vero sacrificio, sicut
27 bra legis Hæc prolixius ex Theodoretō retulit tum quia postea
28 tum quia ex dictis clare patet eum in ea fuisse sententia, vt Chas
29 crederet, postrema hebdomada, non finita, sed adhuc habente, et
30 confirmando partem aliquam huius hebdomadæ reliquerit Ap
31 etiam docent Zonarastom. r. Annal. S. Thomas in hunc locum, Ier
32 go, Iansenius locis antè notatis, Salmeron illo proleg. 4. San
33 119. & 124. Cornelius ibid. concl. 2. vbi disertè contra Africanum, B
34 Bredam, & quosdā alios negat hebdomadas præcisè finiri anno passio
35 sti: sic enim, inquit, dicere debuisset Gabriel: in fine (nō in dimidio) heb
36 occiso Christo, deficiet hostia. Consentiunt Mariana, Menochius, &
37 Petauus lib. 12. c. 35. Fauent ex parte Pererius & Salion, vt patet ex
38 quæ iam num. 3. referebam. Imò Salianus id aperitè significare videtur
39 no 3516. num. 92. vbi loquens de 70. hebdomade, ait: In dimidio
40 da hostia & sacrificia iudaica, per Christi mortem deficient, sic vt manna
41 reddantur, vt pote per Christi sacrificium impleta. Et anno 3609. nu. 17.
42 domadem cadere Christi mortem, & Scriptura ipsa clare loquitur, & con
43 sententia confirmat. Fauet etiam Suarius illa lect. 2. dum sic scribit: Qu
44 potest intelligi verbum illud quod postea subiicit Angelus scilicet: Qu
45 bit autem pactum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet ve
46 cium. Significatum est enim his verbis, Christū in dimidio hebdomadæ
47 in tempore trium vel quatuor annorum confirmaturum pactum
48 nouum testamentum & legem confirmaturum inquam, miraculis, &
49 morte ipsa, per quam sacrificia & hostiæ legis veteris erant exclusæ
50 itaque dimidia hebdomada dupliciter sumi potest, scilicet vel vt dicitur
51 dia pars septuagesimæ hebdomadis, vel vt intelligatur esse postrema
52 ma hebdomada in duas dimidias partes diuidatur, & in postrema
53 annis intelligatur futura confirmatio Euangelij, per Christi prædicatio
54 vsque ad mortem eius: & iuxta priorem sententiam, hebdomadam
55 tur aliquot annis post mortem Christi, iuxta posteriorem vero, per
56 Christi. Et vterque sensus est facilis, & probabilis, & ille est legem
57 tio temporis melius accommodari poterit. Hæc ille.

6. Dixeram num. præcedenti, Pererium & Salianum ex parte fauere, qua nimirum passionem Dominicam, in finem postremæ hebdomadæ necdum finitur conijciunt: atque ita quoad rem ipsam ad eorum sententiam accedunt, qui hebdomadas Christi morte concludunt. At verò idem Salius & Torneillus, hostias & sacrificia defecisse volunt, in dimidio peculiaris cuiusdam hebdomadæ, quæ nec fuerit septuagesima, nec septuagesima prima; sed ex parte dimidia septuagesimæ, & dimidia septuagesimæ primæ constiterit. Priori medietate aium Christum per te; posteriori per Apostolos confirmasse pactum siue testamentum nouæ legis. Quam opinionem Torneillus ad an. m. 3516, num. 11, sic explicat. Quod si etiam scire cupis, quanam erit hebdomada hæc, qua tot mirabilia fore patrandæ diximus, proculdubio non erit tota septuagesima, nec tota septuagesima prima; sed illa, quæ ex posteriori medietate septuagesimæ, & priori septuagesimæ primæ conficietur, nimirum illa in cuius dimidio propter verum ac Deo Pacti acceptissimum sacrificium in ara crucis à Christo oblatum, cessabunt quoad eorum valorem omnia Mosaicæ legis sacrificia, quæ illud significabāt. Et paulo post: In postera medietate hebdomadis septuagesimæ hæc perficietur: Baptismus, prædicatio, miracula, passio, morsque nostri Redemptoris; in priori autem medietate subsequens hebdomadæ eiusdem Christi resurrectione, ascensio, missio Spiritus S. & Apostolis Euangelizantibus, &c.

7. Hæc interpretatio dimidiæ hebdomadæ, minus plana mihi videtur: eo enim tendit, ut dicamus Daniele non meminisse peculiariter septuagesimæ hebdomadis, sed ea tacite prætermissa, v. 27. de alia quadam locutum ex parte duarum hebdomadum composita. Deinde valde rigide ille & Salius istas medietates ad calculos reuocant, dum ad finem penitus septuagesimæ hebdomadæ Christi passionem alligant: quod non facile accommodabunt, ad ea quæ de anno Passionis Dominicæ, & initio harum hebdomadum varijs in locis tradiderunt, ut q. seq. patebit.

8. Quidam ut Beda & Rupertus in dimidio vltimæ hebdomadis, cum Christus baptizaretur, dicunt hostias & sacrificia legis antiquæ defecisse, non quidem quoad vsum, virtutem, obligationem, quæ usque ad Christi mortem in suo vigore fuerunt; sed quia introductio baptismi, qui est primum sacramentum nouæ legis certò demonstrabat legalia Moysis exemplo desitura. Alijs vero perisique auctoribus hæc interpretatio longè petita, nec admittenda videtur: latum est enim discrimen inter signum rei post paucos annos desitura, & ipsam desitionem. Alias dixerit quispiam legalia desisse vel ortu Saluatoris, vel trium Magorum aduentu.

9. Hisce præmissis existimo primò, Angelum v. 27. de vna eademque nimirum septuagesima hebdomada fuisse locutum, quando prædicebat: confirmabit

Quorum
dam inter
presatio
singulari.

Resutatur

Christi
baptismo
non defecit
hostia.

Eadē hebdom. con-
firmabit
firmatur
pactum.

dd 3

pactum

paſſiſſi
defecit
hoſtia.

paſſum hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia. Ita docent Aſi
Theodoretus, Beda, Rupertus, Zonaras, Suarius, Sanctius, Deckeri
nelius, Peraius &c. Quia non eſt ratio, cur tam brevis verborum com
amphibologiam inuoluere putetur.

Duplex
ſenſus
huius loci.

10. Exiſtimo ſecundo prædicta Angeli verba duplici modo poſſe
paulo ante ex Suario monebam, & vtrumque probabile eſſe. Prior
Deckerius, Sanctius, Cornelius, Peraius, cum Theodoro, Zonar
qui Chriſti mortem fini hebdomadam antepoſuit. Poſterior cum
cito congruit, qui vltimo anno harum hebdomadarum Chriſti poſuit
ſignant, in quibus eſt Beda, Rupertus, Tornielius, Salianus, & Per
huius diſp. dum ait: Illud, in dimidio hebdomadis non ſignificat mediu
qui eſt quartus ſep. uagelime hebdomadis. Et paulo poſt ita; quod
dixit; in dimidio hebdomade deficiet hoſtia, id ſane de poſteriore dimidio
domadis, & de fine eius diuidi debet intelligi. Quam in ſententia
Historiam Scholaſt. Dan. 10. & Dionyſium Dan 9. Quam obrem dicitur
Angeli, ſi ſola verba ſpectes tantum ſignificat, ſacrificia legis antique
dierate vltimæ hebdomadis, non autem tota hebdomade ſep. uagel
tus tranſacta: vtrum autem in priori medietate, an verò poſteriore
tio, medio, an ſine huius illiusue medietatis, aliunde inquirendum.

Quid hic
ſignificet
dimidiũ.

11. Exiſtimo 3. non eſſe ſperendam Salmeronis annotationem, quæ
non ita præciſe capiendum eſſe hoc loco dimidium, vt partes huius hebdo
omnino debeant æquales exiſtere, & æquæ ab extremis diſtare; hoc enim
dium Mathematicum: hinc verò ciuilitate accipitur, more Scripturarum
lud quod eſt inter duo extrema, medium habetur & vocatur, etiam ſi non æquale
illa. Ita dicitur Pl. 7. operatus eſt ſalutem in medio terre. Et Habacuc. 1. 13.
annorum viuifica illud. Et Sap. 18. nox in ſuo curſu medium iter habet. Aſi
Sanctius: quam explicationem meo iudicio, ſine cauſa idonea reſpon
nus ad an. m. 3516. num. 93. Fatentur enim omnes, medium à dimidio
ſed in hoc conueniunt, quod & medium & dimidium, late & vago
quandoque poſſint accipi, pro eo quod non æqualiter diſtat ab extre
fecit vulgatus interpres Iſa. 38. v. 10. Ego dixi in dimidio dierum morerem, &
portas inferi.

Quadam
interpro
cationes
inepta.

12. Omitto obſoletas quaſdam explicationes, quæ nomine Chriſti
canum, vel Herodem Agrippam intelligunt, vel abolitionem ſacrificii
hic eſt ſermo, vſque ad Antichriſtum diſſerunt. Hoc enim ad priuatum
aduentum ſpectat, cuius morte, ira legalia ſunt obſolita, & mortua, v
tim eſſent mortifera, ſed Synagoga cum honore ſepeliretur, v
Theologorum & ſactorum interpretum ſententia conſtat: quia vt

P.
H. Philipp

Chronolo
vet. Testam

A IV

17

Leo hom. 8. de Passione, omnes differentias hostiarum, vna corporis & sanguinis Christi simplex oblatio.

QVÆSTIO XXIV.

Virum ista hebdomades constent annis Lunaribus.

1. **I**D affirmant Theodoretus, Beda, Rupertus, Zonaras, Albertus, Peterius, Tornielius, Gordonus, Sahanus &c. nec aliud asserere possunt, quicumque anno 20. Artaxerxis Longimani post Xerxis obitum supputato hebdomadas inchoant, easque sub Christi mortem finitas volunt, vt bene aduertit Salius, ad an. m. 3609. vbi num. 9. ait, id non obscure innuisse Angelum, quando has hebdomadas vocauit abbreviatas, vt pote per singulos earum annos, vnde nis diebus decurtatas. Quinam verò auctores æram hebdomadam ab illo anno 20 aduocent, & quas ob causas supra disputatum est, q. 19.

1. *Opinio affirmat.*

2. **A**lij, vt in alijs Scripturæ locis, ita in præsentī, annorum solarium summam intelligunt, quorum singuli si communes fuerint, constant diebus 365. bissextiles verò 366. Est Cedreni, Lyrani, Driedonis, Lucidi, Galatini, Genebrardi, Hebraeorum passim, Sanctij, Deckerij, Cornelij, Petauij, & magis in hanc, quam in aliã partem inclinat Salmeronillo proleg. 43. & Suarius illa sec. 2. Nec aliud sentire possunt, qui regum Persarum & Græcorum annis 490. hebdomadas definiunt, vt Tertullanus aduersus Iudæos, cap. 8. Eusebius lib. 8. demonstr. 2. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, & quotquot per alienorum principum æres has annorum hebdomadas impleras esse contendunt, inquit Sanctius. n. 67. subaudi si annos 490. supputent; qui enim solum 475. colligunt, ij Lunaribus annis vtuntur. Itaq; solares hęc annos computat Cyrillus Ierosolym. S. Chrysostomus, Origenes, Hippolytus, Sulpitius, Paulus Burgenfis, Vatablus. Ratio est, quia nullum profus indicium habemus, quo vel sacra Scriptura, vel Synagoga Hebræorum vnquam, à tempore Moysis, vsq; ad nostram ætatem videatur per septenniũ, nedum per septem septuagenas annorum annis purè Lunaribus (quorum singuli diebus 354. absoluantur) tempora definitiisse. Vt ebantur quidem olim Hebræi, ac etiam num vtuntur mensibus Lunaribus, ordinariè alternis 29. & 30. diem, annumq; communem 12. mensibus absoluunt, sed anno tertio, aut etiam secundo mensẽ tertium decimũ adiungunt, quem ipsi Veadar nominant, vt dicebam Opusc. de annis Dom. & c. cap. 14. Neque lex permittebat vsũ annorum purè lunarium, quippe, quæ cauebat vt Pascha circa æquinoctium Vernum; inde septem dierum hebdomadibus interiectis Pentecoste celebraretur. Vnde bene in hunc locum Lyranus: *falluntur, qui putant Hebræos talibus annis vsos aliquando, alioquin tota Veteris instrumenti series vacillat.* Quocirca, non est opus, hoc loco, exotice aliquam plurimum annorum computationẽ exco-
grate, alibi in tota Scriptura nusquam vsitatam, apud Hebræos inauditam.

2. *Opinio vtrum sit - gat.*

Ratio.

3. *Duo.*